

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

8. Nolite ergo assimilari eis : scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

Luc. II. 9. Sic ergo vos orabitis : Pater noster, qui es in cœlis : sanctificetur nomen tuum.

10. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

11. Panem nostrum superstantialem da nobis hodie.

8. Nolite ergo assimilari eis : scit enim pater vester, quid vobis opus sit, antequam petatis ab eo.

9. Sic ergo vos orabitis eum : Pater noster, qui es in cœlis : sanctificetur nomen tuum.

10. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua in cœlo, & in terra.

11. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Ex Ms. Colbert.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

brig. Orantes autem, non vana loquimini, sicut gentes: putant enim quia in multiloq. suo exaudientur. Gr. Περισυχομενοι δε μη βωπολογησιντε, ωσπερ οι εθνικοι δοκωσι γαρ οτι εν τη πολυλογια αυτων εισακλυθησονται. August. l. 2. de serm. Dom. in m. 205. b. cum textu Colbert. concinit; si exceperis unum arbitrantur, pro putant. Chromat. verò Aquil. in Matth. p. 986. d. Germanensi I. favet, addito tantum suo, post multiloquio. Item apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 75. Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Hilar. quoque in Matth. col. 630. d. ait: Orare ad Deum non multiloquio, sed conscientia, admonemur: quia distorum verbis opus omne præcellat. Juvencus l. 1. p. 59. h. subdit his quæ sup.

..... paucisque Deum venerabere verbis.

¶ 8. Colbertino textui consonat Ms. Sangerm. I. nisi quod habet *similare*, pro *assimilari*. In Cantabrig. quoque, *similare*. In Germ. 2. *adsimilare*; extremoque, *quid opus sit, antequam petatis ab eo*. In Claromont. *Nolite ergo similes esse illis: scit enim pater vester, quid opus sit, priusquam os aperiat. Græcè: Μη εν ομιωθητε αυτης οιδε γαρ ο πατηρ υμων, εν χριστην εχετε, προ του υμας ατησαι αυτον*. In Ms. verò Steph. 2. προ του υμας ανοιξαι το σωμα. Tertul. l. 1. ad uxor. e. 4. p. 275. a. ait Deum scire quid cuique servorum suorum opus sit. August. l. 2. de ser. Dom. in m. 205. c. *Nolite itaque similes illis esse: scit enim pater vester, quid vobis necessarium sit, antequam petatis ab eo: & ser. 56. to. 5. 325. c. scit enim..... quid vobis necessarium sit, priusquam petatis ab eo: similiter ep. 140. to. 2. 448. f. præter unum novit, pro scit: & serm. 57. to. 5. 337. b. novit enim pater v. quia ista necessaria sunt vobis, priusquam petatis ab eo: & l. 11. confell. to. 1. 195. c. novit pater vester, quid vobis opus sit, priusquam petatis ab eo. Ambros. l. 1. de Cain, c. 9. col. 200. b. 201. a. scit enim pater vester, quid vobis opus sit, antequam petatis ab eo. Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 76. scit enim..... quid vobis necessarium sit, antequam petatis eum. Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. d. initio habet *similari eis*; ultimòque, *petatis ab eo*; cat. ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 59. h.*

Scit pater ipse, tui (al. tibi) qua sit trepidatio cordis: Nil absente Deo loquimur, nil abdita clausum

Pectoris antra regunt: præfens Deus omnia cernit.

¶ 9. Ms. S. Germ. I. cum Clarom. *Sic ergo orabitis eum*, &c. à Corb. quoque abest *vos*: subinde in Clarom. *qui in cœlis es*. In Cantabr. verò hie desunt multa, scilicet omnia à medio versu 8. hujus capituli sexti, usque ad medium ¶ 27. capituli 8. In Græco hod. sic: Ουτως εν προουχουσθε υμας Πατηρ υμων, ο εν τοις νεφαις, &c. In Ms. Vel. περιεσφουσθε. Apud Cyprianum l. de orat. Dom. p. 205. c. 206. b. *Sic orate: Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum*. Apud Tertul. l. de orat. c. 2. p. 180. b. *Pater, qui in cœlis es*: l. verò cont. Prax. *Pater noster, qui es in cœlis: & l. de orat. c. 3. p. 180. c. sanctificetur nomen tuum*. Similiter apud Hilariū in Pf. 134. col. 477. e. & Ambros. l. 5. & 6. de Sacram. 377. a. 385. a. Apud August. verò l. 2. de ser. Dom. in m. 206. a. *Sic itaque orate vos: Pater noster, &c.* ut in Vulg. & ser. 56. to. 5. 325. c. *Vos ergo dicite: Pater noster, &c.* vide etiam ep. 130. to. 2. 390. a. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. c. *Sic ergo orabitis: Pater n. qui in cœlis es, &c.* ut sup. Apud Sedul. l. 2. de oper. pasch. c. 11. p. 480. h. & Auctorem op. imp. in Matth. hom. 14. *Pater noster, qui es in cœlis, &c.* Apud Juvencum l. 1. p. 59. h.

Hic igitur votum placeat concludere verbis:

Sidereo genitor residens in vertice cæli:

Nominis, oramus, veneratio sanctificetur

In nobis, Pater alte, tui.....

¶ 10. Ms. S. Germ. I. cum Corb. *Veniat regnum tuum. Fiat vol. tua, sicut in cœlo, &c.* Claromont. & alii, Vulg. congruunt. Græcè: 'Ελθειτω η..... Γαρθηλω..... ως εν νεφαις, & ενωι της γης. Apud Tertul. l. de orat. c. 4. p. 180. c. *Fiat voluntas tua in cœlis, & in terra*; subinde p. 181. *Veniat regnum tuum*; quæ petitio tertium locum tenet apud ipsum, Cyprian. verò l. de orat. Dom. p. 205. c. Vulgatæ

Tom. III.

suffragatur. Accinunt pariter Hilarius in Pf. 119. & 134. col. 374. c. 477. e. Ambrosius l. 5. & 6. de Sacram. col. 377. a. 385. a. & in Pf. 118. col. 1078. a. Augustinus epist. 130. to. 2. 390. a. & l. 2. de ser. Dom. in m. 206. a. & Enchirid. to. 6. 239. f. item Chromatius Aquil. in Matth. p. 986. h. 987. a. cum Sedulio l. 2. op. pasch. c. 11. p. 480. h. & Auctore op. imp. in Matth. hom. 14. Ambrosius tamen l. de Elia, c. 21. col. 561. a. & l. 5. de Sacram. c. 4. n. 22. legit: *Veniat regnum tuum, &c.* ut in Vulg. Similiter August. ser. 56. to. 5. 325. c. sed addit cum nostro Colb. *Fiat vol. tua in cœlo, & in terra*: Mss. tamen plerique in hoc & seq. serm. ferunt *Adveniat*. Apud Juvencum l. 1. p. 59. h.

.....tranquillaque mundo

Adveniat, regnique tui lux ampla pateat.

Sic cælo, ut terris, fiat tua clara voluntas!

¶ 11. *Panem nostr. quotidianum* similiter habent Mss. S. Germ. I. Corb. Clarom. Maj. Mon. & S. Gatiani: hie postremus scriptum etiam præfert *superstantialem*, eadem manu: sed *quotidianum* constanter retinent Tertul. l. de orat. c. 6. p. 181. b. Cyprian. de orat. Dom. p. 205. c. Ambros. l. 5. & 6. de Sacram. col. 377. a. 378. a. 385. b. necnon August. l. 2. de ser. Dom. in m. 206. a. & in Joh. 15. col. 723. a. & epist. 130. to. 2. 390. & ser. 56. to. 5. 325. c. & Enchirid. to. 6. 239. g. & alibi. Item Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. b. Sedul. l. 2. op. pasch. c. 11. p. 480. h. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 14. Nec aliter habet antiquissim. Lectionar. Luxoviense. Ita quoque legitur in Vulgata ad Luc. 11. ¶ 3. nempe; *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Græcè verò tam in Matthæo, quam in Luca, *Τον αρωτον υμων τον εωριον, &c.* Unde Hieronymus l. 2. in ep. ad Tit. to. 4. 432. a. b. *Illud inquit, quod in Evangelio secundum Latinos Interpretes scriptum est: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: melius in Græco habetur: Panem nostrum εωριον: id est, præcipuum, egregium, peculiarem: & post pauca: Quidam εωριον existimant in oratione Dominica panem dicitum, quod super omnes volas sit, hoc est, super universas substantias. Quod si accipitur, non multum ab eo sensu differt, quem exposuimus: quidquid enim egregium est, & præcipuum, extra omnia est, & super omnia: rursum comment. in Matth. col. 21. a. b. dicit: *Quod nos superstantialem expressimus, in Græco habetur εωριον, quod verbum LXX. περιεσφουσθε frequentissime transferunt. Consideravimus ergo in Hebræo, & ubicunque illi περιεσφουσθε expresserunt, nos invenimus Igolla, quod Symmachus ελαπετον, id est, præcipuum, vel egregium transfudit; licet in quodam loco peculiare interpretatus sit: & infra: In Evangelio quod appellatur secundum Hebræos, pro superstantiali pane, reperi mahar, quod dicitur craftinum, id est, futurum da nobis hodie: ipse etiam in Ezech. 18. to. 3. 822. f. ita legit: *Panem nostrum substantivum, sive superventurum da nobis: at l. 3. cont. Pelag. to. 4. 543. c. Panem quotidianum. Eadem observat Ambros. l. 5. de Sacram. c. 4. n. 24. Panem quidem dixit, sed εωριον, hoc est, superstantialem: & infra: Latinus autem hunc panem quotidianum dixit, quem Græci dicunt advenientem; quia Græci dicunt τον εωριον ημεραν, advenientem diem. Negat Jos. Scaliger, εωριον reddi posse per superstantialem, eo quod non derivetur αωω της volas; dicendum enim esset, inquit, εωριον; sed ab εωι, & ιων, ηωα, ab εω, unde αωριου, & εωριου, craftina dies. Huic sententiæ contradicit Victorin. Afer l. 2. cont. Arium p. 273. g. Græcum Evangelium, inquit, habet, εριον, quod denominatum est à substantia..... Hoc Latini, vel non intelligentes, vel non valentes exprimere..... tantummodo quotidianum posuerunt, non εωριον: & supra p. 262. f. Unde enim deductum εωριον, quam à substantia? tum addit: *Da panem nobis εωριον, hodiernum: at infra 270. d. Panem nostrum constantialem da nobis hodie*. Similiter habet Juvencus l. 1. p. 60. a.***

Vitalisque hodie sancti substantia panis

Proveniat nobis.....

Vide sis Ambros. l. 3. de fide col. 519. a. cum notis; &

E

Ms. Colbert.

12. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

13. Et ne passus nos fueris induci in tentationem. Sed libera nos à malo.

14. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet vobis & pater vester, qui in cœlis est, delicta vestra.

15. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater remittet vobis peccata vestra.

16. Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminantes facies suas, ut pa-

12. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

13. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

14. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra.

15. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

16. Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, ut

Eccl. 28. 3. 4.

5. Inf. 18.

35. Marc.

11. 25.

NOTE AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ut Tho. Marechalli observat. in vers. Goth. p. 393. quæ Gothica versio reddit *panem continuum, perpetuum.*

¶ 12. Textui Colb. congruunt Mss. S. Germ. 1. & 2. Corb. Maj. Mon. &c. Clarom. verò habet: *Et remitte nobis debita & peccata nostra, sicut & nos remittimus, &c.* Græcum prioribus codicibus favet: quibus accinunt Ambros. l. 5. & 6. de Sacram. col. 377. a. 385. a. b. & de apol. Dav. col. 734. b. Victor Tun. ap. Ambros. 602. d. Hieronymus ep. 13. ad Castorin. to. 4. p. 2. col. 19. a. August. epist. 130. to. 2. 390. c. d. & l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 206. a. tr. 26. in Joh. 498. d. ser. 56. to. 5. 325. c. & Enchirid. to. 6. 239. f. Item Chromatius Aquil. in Matth. p. 987. c. cum Sedulio l. 2. op. pasch. c. 11. p. 480. h. 481. a. Leone M. ser. 38. & 42. pp. 101. e. 108. a. & Auctore op. imp. in Matth. hom. 14. p. 78. Opratus verò l. 7. cont. Donat. p. 103. b. *Dimitte nobis peccata, sicut & nos dimittimus, &c.* Irenæus l. 5. c. 17. p. 313. e. *Et remitte nobis debita nostra.* Sic etiam Cypri. l. de orat. Dom. p. 205. c. necnon 1. 3. Testim. p. 314. a. ubi addit, *sicut & nos remittimus debitoribus nostris.* Tertul. de orat. c. 7. p. 181. c. ait: *Docet itaque petamus dimitti nobis debita nostra: deinde, Remittere nos quoque profitemur debitoribus nostris.* Hilarius in Matth. n. 19. col. 626. c. *Remitti nobis peccata nostra oramus.* Juvencus l. 1. p. 60. a. antecedentibus addit:

.....Tua mox largitio solvat

Innumera indulgens erroris debita pravi,

Et nos haud aliter concedere fœnora nostris.

¶ 13. Ms. Corb. cum Clarom. & Maj. Mon. *Et ne inducas nos in tentationem. Sed libera nos à malo.* Ita quoque habet Sangerm. 1. sed ultimò addit: *quoniam innum est regnum, & virtus, & gloria in sacula: quæ tota pariter subjiciuntur in Græco, hoc insuper addito, ἄμην, in fine: sed hoc additament. abest à Mss. quibusdam Græcis, & à Latinis pene omnibus, de quibus vide Millium. Mss. S. Germ. 2. & S. Gat. ferunt: *Et ne patiaris nos induci in tentationem. Sed lib. nos à malo.* Tertul. l. de fuga in pers. p. 969. c. *Ne nos inducas in tentationem. Sed eruo nos à maligno: id est, inquit, Ne nos induceris in tentationem: & l. de orat. c. 8. p. 181. b. Ne nos inducas in tentationem, id est, Ne nos patiaris induci ab eo utique, qui tentat: & post paulò: *Sed evehe nos à malo.* Cyprianus de orat. Dom. p. 205. c. *Et ne nos patiaris induci in tentationem. Sed lib. nos à malo. Amen.* Similiter habet Ambros. l. 5. & 6. de Sacram. col. 377. a. 385. c. sed absque Amen in fine. Item Arnob. de Deo trino, p. 233. d. *Ne nos patiaris induci in tentationem.* Augustinus verò l. 2. de ser. Dom. in m. col. 206. a. *Et ne nos inferas in tentationem. Sed lib. nos à malo: & infra 212. a. addit: Nonnulli codices habent inducas, quod tantumdem valere arbitror: nam ex ano Græco, quod dictum est ἀκούων, utramque translaturum est. Multi autem precando, ita dicunt: Ne nos patiaris induci in tentationem: exponentes videlicet quomodo dictum sit inducas: at ipse constanter legit inferas, cum epist. 130. & 157. to. 2. 390. f. 391. a. 544. a. tum in Joh. 12. to. 3. 642. c. 647. a. 690. c. & serm. 56. to. 5. 325. c. & Enchirid. to. 6. 239. g. & l. 2. de pecc. mer. to. 10. 41. f. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 28. p. 32. d. *Ne nos inducas: al. inferas, &c.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. e. & Sedul. l. 2. de op. pasch. c. 11. p. 481. *Et ne nos inducas, &c.* ut in Vulg. absque ult. Amen. Similiter Auct. op. imp. in Matth. hom. 14. p. 78. nisi quòd addit: *Ad illa respondet: Quia tua est gloria.* Hilarius autem in Pf. 118. col. 250. c. *In Dominica orationis ordine ait contineri: Non derelinquas nos in tentatione, quam ferre non possumus: sed in Matth. 25. col. 744. b. simpliciter in oratione traditum dicit: Non inducas nos in tentationem.* Priorem lectionem etiam admittere viderur Pachasinus episc. epist. ad Leon. PP. cum dicat: *Deus.... non tradat bestiis animas confitentes sibi: neque amplius patiatur tentari nos supra id, quod ferre possumus: sed faciat cum tentatione proventum misericordem.... ut sustinere possumus.* Hieron. quoque in Ezech. 48. to. 3. 1067. c. id monet: *Quotidie in oratione dicentes: Ne inducas nos in****

tentationem, quam ferre non possumus. Item Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. f. *Et ne nos inferas in tentationem, quam sufferre non possumus: quæ ultima verba ut ad orationem Dom. pertinere credamus, inducimur cum ex prædictis locis, tum ex serm. 84. appendicis August. n. 4. ubi eadem velut ex oratione Domini petita memorantur. Idem significare videtur Ambrosius l. 5. de Sacram. c. 4. 379. ita differendo: *Vide quid dicat: Et ne patiaris induci nos in tentationem, quam ferre non possumus. Non dicit: Non inducas in tentationem: sed quasi atbleta, talem vult tentationem, quam ferre possit humana conditio. Facile tamen crediderim verba ista, quam ferre non possumus, memoram expositionem esse antecedentium verborum ap. Ambros. quod & ipse satis innuit, cum non solum hinc, & initio capitis; verum etiam l. seq. c. 5. post illas voces, induci in tentationem, proximè subjungat ultimam petitionem, Sed libera nos à malo: at l. 6. c. 5. col. 385. isdem verbis, Sed libera nos à malo, subdit alia: *Quid sequitur? inquit, Audi quid dicat sacerdos: Per Dominum nostram Jesum Christum, in quo tibi est, cum quo tibi est honor, laus, gloria, magnificentia, potestas cum Spiritu sancto, à saculis, & nunc, & semper, & in omnia sacula saculorum, amen: quæ exhibent clausulam à sacerdote solo in Liturgia recitari solitam: quemadmodum in Græca ecclesia à sacerdote solo, teste Aria Montano, pronunciabatur ista, ὅτι Κύ εἶναι ἡ βασιλεία, &c. quæ ex Jacobi, Basilii, & Chrysostomi Liturgiis in Evangelicum Matthæi textum translata fuisse videtur. De his consule Morini exercit. Bibl. p. 37. Juvencus autem l. 1. p. 60. a. hæc sola reddit:***

Tetri sæva procul tentatio demonis abfit.

Deque malis tua nos in lucem dextera sollat.

¶ 14. Colbertino textui consentit Ms. S. Germ. 1. Claromontanus verò habet: *Si enim dimiseritis hom. delicta eorum: dimittet vobis & pater vester, qui est in cœlis. Sim verò, &c.* Græcè pariter: *Ἐὰν γὰρ ἀφήτε τοῖς.... τὰ παραπτώματα αὐτῶν ἀφήσει ὁ ὕψις ὁ πατήρ ὑμῶν ὁ ἐν οὐρανοῖς: nec plura.* In Sangerm. 2. & Maj. Mon. sic: *Si enim dimiseritis hom. peccata eorum: dimittet & vobis pater v. cœlestis peccata vestra: quibus Mss. accinit Maxim. Taurin. in homil. p. 30. g. August. verò l. 2. de ser. Dom. in m. col. 216. b. Claromontano favet & Græco. Item Leo M. serm. 38. p. 101. f. legit: *Si enim dimiseritis hom. peccata eorum: dimittet & pater v. vobis, qui in cœlis est. Si autem, &c.* at serm. 42. p. 108. b. *dimittet & vobis pat. v. qui in cœlis est, delicta vestra: & sup. p. 49. a. dimittet vobis & pater v. qui in cœlis est, peccata vestra.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. g. *remittet vobis pater vester, qui est in cœlis, delicta vestra.* Juvencus l. 1. p. 60. a.*

Tunc omnim genitor populis delicta remittet,

Si vestra alterni vobis peccata velitis

Cedere, nec durum erratis intendere (al. impendere) petus.

¶ 15. Ms. S. Germ. 2. *Si enim non dimiseritis hom. peccata eorum: nec pater vester cœlestis dimittet.* Ita quoque in Ms. S. Gat. præter conjunct. autem, pro enim. In Claromont. sic: *Sim verò non dimiseritis hominibus: nec pater vester vobis remittet delicta vestra.* Græcè: *Ἐὰν δὲ μὴ ἀφήτε τοῖς.... τὰ παραπτώματα αὐτῶν ἕλε ὁ πατήρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.* Ms. Cant. omittit τὰ παραπτώματα αὐτῶν huic autem, ὁ πατήρ ὑμῶν, Seld. 2. Comp. & Arab. jungunt ὁ ἐν οὐρανοῖς; addunt pariter Cant. Syr. Arab. ὕψις, post ἀφήσει. August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 216. b. Vulgatæ suffragatur; sicut etiam Leo M. ser. 38. p. 101. f. at ser. p. 49. a. legit, *remiseritis, & remittet.* Maximus Taurin. in homil. p. 30. g. *Si autem non dimiseritis: nec pater vester dimittet debita vestra.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 14. p. 78. *Si enim non dimiseritis hom. peccata eorum: nec pater vester dimittet vobis.* Hic autem ¶. non redditur à Juvenco.

¶ 16. Mss. Corb. & S. Germ. 1. cum Vulgata concinunt, præterquamquod habent *pareant, pro appareant.* Græcè pariter *φανῶσι; cæt, ut in Vulgata, Ms. Claromont.*